N. 3092.

CURRENDA XIX.

A. D. 1860.

N. pr. 172.

Allocutio SS. D. N. Papae Pii IX habita Romae in Consistorio secreto die 28. Sept. 1860.

Sardinicis copiis Patrimonium S. Petri occupantibus et nexum ipsius Romae cum orbe terrarum praescidentibus Pater Catholicorum moestissimus coram P. T. Cardinalibus, consiliariis et amicis suis fortiter protestatur contra iniquissimam ejus occupationem; et amare conqueritur de denegatione Sibi promissi auxilii; de periculis religioni, integritatiq. morum iminentibus..... attamen totam in Patre misericordiarum ac patrociniis immaculate conceptae B. Mariae V. SS. AA. Petri et Pauli collocans a nobis quoque suffragia deposcit. Deplorantes funestissimum negotiorum publicorum statum, preces continuas una cum fideli populo fervidas promamus pro hostium Ecclesiae catholicae, praeprimis patrimonii S. Petri profligatione et pro celerrima pacis recuperatione; pro liberatione SS. Papae Pii IX ceu S. Petri olim e carcere... imitantes exemplum primorum Christianorum eatenus continuo supplicantium.

Quae hic breviter attigimus, uberius volvite in ipsa Allocutione, quae ita sonat:

„Venerabiles Fratres!

Novus, et ante hunc diem inauditos ausus a Subalpino Gubernio contra Nos, hanc Apostolicam Sedem, et Catholicam Ecclesiam admissos denuo cum incredibili animi Nostri dolore vel moerore potius deplorare ac detestari cogimur, Venerabiles Fratres, Ipsum, uti nostis, Gubernium victoria abutens, quam bellicosae magnaeque nationis opibus adjutum ex funestissimo bello reportavit, suum per Italiam regnum contra omnia divina et humana jura extendens, populis ad rebellionem excitatis, legitimisque Principibus ex propria dominatione per summam injustitiam expulsis, aliquot Pontificiae Nostrae in Aemilia ditionis provincias injustissimo ac prorsus sacrilego ausu invasit et usurpavit. Dum autem universus Catholicus Orbis justissimis gravissimisque Nostris respondens querelis contra hanc impiam usurpationem vehementer clamare non desinit, idem Gubernium alias hujus Sanctae Sedis provincias in Piceno, Umbria, et Patrimonio sitas sibi vindicare constituit. At cum videret, earum provinciarum populos omni perfrui tranquillitate, eosque Nobis fideliter adhaerere nec posse pecuniis largiter profusis, aliisque improbis adhibitis dolis a legitimo Nostro, et hujus Sanctae Sedis civili imperio alienari ac divelli, iccirco in ipsas provincias immisit tum perditorum hominum manum, qui turbas seditionemque ibi excitarent, tum ingentem suum exercitum, qui easdem provincias hostili impetu, armorumque vi subjiceret.

Optime nostis, Venerabiles Fratres, impudentes litteras a Subalpino Gubernio ad suum tuendum latrocinium Nostro Cardinali a publicis negotiis scriptas, quibus haud erubuit nuntiare, se suis copiis in mandatis dedisse, ut commemoratas Nostras provincias occuparent,

nisi dimitterentur exteri homines adscripti parvo Nostro exercitui, qui caeteroquin ad Pontificiae ditionis, ejusque populorum tranquillitatem servandam fuerat instructus. Nec ignoratis, a Subalpinis copiis easdem provincias ipso fere tempore fuisse occupatas, quo illae litterae accipiebantur. Equidem nemo non potest non magnopere commoveri, et summa affici indignatione reputans mendaces criminationes, variasque calumnias et contumelias, quibus idem Gubernium haud pudet hujusmodi suam hostilem impiamque contra civilem Romanae Ecclesiae principatum aggressionem tegere, Nostrumque Gubernium impetere. Ecquis enim non summopere miretur audiens, Nostrum reprehendi Gubernium, propterea quod Nostro exercitui externi homines fuerint adscripti, cum omnes noscant nulli legitimo Gubernio denegari unquam posse jus cooptandi in suas copias exteros homines? Quod quidem jus potiori quadam ratione ad Nostrum et hujus Sanctae Sedis Gubernium pertinet, cum Romanus Pontifex, veluti communis omnium catholicorum pater, non possit non libentissime eos omnes catholicos excipere, qui religionis studio impulsi velint in Pontificiis copiis militare, et ad Ecclesiae defensionem concurrere. Atque hic animadvertendum existimamus, hujusmodi catholicorum exterorum concursum fuisse praesertim excitatum illorum improbitate, qui civilem hujus Sanctae Sedis principatum aggressi sunt. Nemo enim ignorat qua indignatione, et quo luctu universus catholicus orbis fuerit commotus, ubi novit tam impiam, tamque injustam civili hujus Apostolicae Sedis dominio aggressionem fuisse illatam. Ex quo porro factum est, ut quamplurimi ex veriis christiani orbis regionibus fideles sua sponte et summa alacritate ad Pontificiam Nostram ditionem convolaverint, suumque nomen Nostrae militiae dederint, quo Nostra, hujus Sanctae Sedis, et Ecclesiae jura strenue defenderent. Singulari autem malignitate Subalpinum Gubernium Nostris militibus mercenarii notam per summam calumniam inurere minime veretur, cum non pauci ex indigenis exterisque Nostris militibus nobili genere nati, et illustrium familiarum nomine conspicui, ac religionis amore unice excitati, sine ullo emolumento in Nostris copiis militare voluerint. Neque latet Subalpinum Gubernium qua fide et integritate Noster exercitus praestet, cum eidem Gubernio perspectum sit, irritas fuisse omnes dolosas artes adhibitas ut Nostri milites corrumperentur. Nihil vero est cur immoremur in refellenda feritatis accusatione Nostris copiis improbe illata, cum nullum plane argumentum obtrectatores valeant adducere, quin potius hujusmodi criminatio in ipsos jure converti possit, quemadmodum vulgatae Subalpini exercitus Ducem truculentae proclamationes manifestissime ostendunt.

Hic autem animadvertere praestat, Nostro Gubernio minime suspicandum fuisse de hujusmodi hostili invasione, cum ipsi asseveratum esset Subalpinas copias prope territorium Nostrum accessisse non quidem invadendi animo, immo vero ut inde perturbatorum turmas arcerent. Hinc summus Nostrarum copiarum Dux ne cogitare quidem poterat, sibi cum Subalpino exercitu esse pugnandum. Verum ubi, rebus praeter omnem expectationem perperam immutatis, agnovit hostilem irruptionem ab illo exercitu factam, qui sane pugnantium numero armorumque vi maxime praevalebat, providum suscepit consilium se Anconam utpote arce munitam recipiendi, ne Nostri milites tam facili mortis periculo exponerentur. Cum autem in-

gruentibus hostium copiis in itinere interciperetur, manus conserere coactus est, ut sibi militibusque suis viam aperiret.

Ceterum dum meritas debitasque laudes tribuimus commemorato Nostrarum copiarum Duci, ac illarum ductoribus et militibus, qui inexpectata hostili irruptione lacessiti pro Dei, Ecclesiae, hujus Apostolicae Sedis, ac justitiae causa fortiter, viribus licet longe imparibus, dimicarunt; vix lacrimas continere possumus noscentes quod strenui milites, ac lectissimi praesertim juvenes in hac injusta et crudeli invasione occubuerint, qui religioso sane nobilique animo ad civilem Romanae Ecclesiae principatum tuendum advolarunt. Nos insuper summopere commovet luctus, qui in illorum familias redundat. Utinam eisdem familiis fletum Nostris verbis abstergere possemus! Confidimus vero non levi ipsis solatio et consolationi futuram honorificentissimam mentionem, quam de extinctis suis liberis et propinquis merito facimus ob splendidum sane eximiae eorum erga Nos, et hanc Sanctam Sedem fidei, pietatis et amoris exemplum, quod christiano orbi cum immortali eorum nominis laude exhibuerunt. Atque in eam profecto spem erigimur fore, ut ii omnes, qui gloriosam pro Ecclesiae causa mortem obierunt, illam sempiternam assequantur pacem et beatitatem, quam a Deo Optimo Maximo apprecati sumus, et aprecari nunquam omittemus. Quo loco debitis quoque laudibus prosequimur dilectos Filios Praesides provinciarum, praesertim Urbino-Pisaurensis, et Spoletanae, qui in hac tristissima temporum vicissitudine suo munere sedulo constanterque perfuncti sunt.

Jam vero, Venerabiles Fratres, quis ferre unquam poterit insignem impudentiam et hypocrisim, qua nequissimi invasores in suis programmatibus asserere non dubitant, ac Nostras aliasque Italiae adire provincias, ut ibi moralis ordinis principia restituant? Atque id ab iis temere affirmatur, qui acerrimum Catholicae Ecclesiae, ejusque Ministris, ac rebus jamdiu bellum inferentes, et ecclesiasticas leges, censurasque plane despicientes ausi sunt spectatissimos tum S. R. E. Cardinales, tum Episcopos, tum probatissimos utriusque Cleri Viros in vincula conjicere, Religiosas Familias e propriis Coenobiis expellere, Ecclesiae bona dirripere, et civilem hujus Sanctae Sedis principatum vastare. Scilicet moralis ordinis principia ab iis restituentur, qui publicas cujusque falsae doctrinae scholas, et meretricias etiam domos constituunt, quique abominandis scriptis et scenicis spectaculis pudorem, pudicitiam, honestatem, virtutem offendere, eliminare, et sacrosancta divinae nostrae religionis mysteria, sacramenta, praecepta, et instituta, sacrosque ministros, ritus, caeremonias irridere, contemnere, omnemque justitiae rationem de medio tollere, ac tum religionis tum civilis societatis fundamenta labefactare et evertere connituntur!

In hac igitur tam injusta, tam hostili et horrenda civilis Nostri et hujus Sanctae Sedis principatus aggressione et occupatione a Subalpino Rege, ejusque Gubernio contra omnes justitiae leges et universale gentium jus peracta, Nostri officii probe memores in hoc amplissimo Vestro consessu, et coram universo Catholico Orbe Nostram vocem denuo vehementer attollimus, ac omnes nefarios sacrilegosque ejusdem Regis et Gubernii ausus reprobamus, penitusque damnamus, omnesque actus plane nullos et irritos declaramus, decernimus,

ac civilis, quo Romana pollet Ecclesia, principatus integritatem, ejusque jura, quae ad omnes catholicos pertinent, etiam atque etiam reclamamus, et reclamare nunquam desistemus.

Verum dissimulare non possumus, Venerabiles Fratres, summa Nos opprimi amaritudine, cum in tam scelesta et nunquam satis exsecranda aggressione alieni auxilii opem, variis exoratis difficultatibus adhuc desideremus. Equidem notissimae Vobis sunt iteratae declaratienes Nobis factae ab uno ex potentissimis Europae Principibus. Attamen dum illarum jamdiu expectamus effectum, non possumus non vehementer angi ac perturbari cum inspiciamus nefandæ usurpationis auctores fautoresque audacter in solenterque innefario suo proposito persistere ac progredi, tamquam certo confidentes neminem sibi reapse adversari.

Haec autem perversitas eo devenit, ut hostilibus Subalpini exercitus copiis ad moenia fere hujus almae Nostrae urbis immissis, quaecumque fuerit implicata communicatio, publicae privataeque rationes in discrimen adductae, commeatus intercepti, et, quod gravissimum est, Summus totius Ecclesiae Pontifex in molestam redactus difficultatem Ecclesiae ipsius negotiis, prout res postulat, consulendi, proptereaquod maxime coaıctetnr via cum variis orbis partibus communicandi. Quamobrem in tantis Nostris angustiis, tantoque rerum discrimine vel facile intelligitis, Venerabiles Fratres, Nos tristi necessitate eo jam ferme impelli, ut vel inviti cogitare debeamus de opportuno suscipiendo consilio ad Nostram dignitatem tuendam.

Interim abstinere non possumus, quin praeter alia deploremus funestum ac perniciosum principium, quod vocant de *non Interventu* a quibusdam Guberniis haud ita pridem, ceteris tolerantibns, proclamatum, et adhibitum etiam cum de injusta alicujus Gubernii contra aliud aggressione agatur: ita ut quaedam veluti impunitas ac licentia impetendi ac diripiendi aliena jura, proprietates, ac ditiones ipsas contra divinas humanasque leges sanciri videatur; quemadmodum luctosa hac tempestate cernimus evenire. Et mirandum profecto, quod uni Subalpino Gubernio impune liceat ejusmodi principium despicere ac violare, cum videamus ipsum hostilibus suis copiis, universa Europa inspectante, in alienas ditiones irrumpere, legitimosque ex illis Principes exturbare: ex quo perniciosa consequitur absurditas, alienum nempe interventum dumtaxat admitti ad rebellionem suscitandam atque fovendam.

Hinc autem opportuna Nobis oritur occasio excitandi omnes Europae Principes, ut pro spectata ipsorum consilii gravitate et sapientia serio perpendant, quae quantaque mala in detestabili, quem lamentamur, eventu cumulentur. Agitur enim de immani violatione, quae contra universale gentium jus nequiter est patrata, nisi omnino coerceatur, nulla deinceps legitimi cujusque juris firmitas ac securitas poterit consistere. Agitur de rebellionis principio, cui Subalpinum Gubernium turpiter inservit, et ex quo pronum est intelligere, quantum cuicumque Gubernio discrimen in dies comparetur, et quanta in universam civilem societatem redundet pernicies, cum ita fatali *Communismo* aditus aperiatur. Agitur de violatis solemnibus Conventionibus, quae uti aliorum in Europa Principatuum, ita etiam civilis Pontificiae Ditionis integritatem sartam tectamque servari omnino postulant. Agitur de violenta direptione illius principatus, qui singulari divinae providentiae consilio Romano Pontifici datus est ad

Apostolicum suum Ministerium in universam Ecclesiam plenissima libertate exercendum. Quæ profecto libertas summae omnibus Principibus curae esse debet, ut Pontifex ipse nullius civilis potestatis impulsui subiaceat, atque ita spirituali pariter catholicorum in eorumdem Principum dominiis degentium tranquillitati cautum sit.

Itaque omnibus Supremis Principibus persuasum esse debet, Nostram cum Ipsorum causa plane esse coniunctam, eosque suum Nobis auxilium afferentes Nostrorum aeque ac suorum jurium incolumitati esse prospecturos. Maxima proinde cum fiducia ipsos hortamur et obsecramus, ut opem Nobis, pro sua quisque conditione et opportunitate, velint impendere. Non dubitamus autem, quin catholici praesertim Principes ac Populi omnem eorum curam et operam studiosissime conferant, ut pro communi eorum officio universi Dominici Gregis Patrem et Pastorem parricidialibus degeneris filii armis oppugnatum modis omnibus adjuvare, tueri, et defendere properent atque festinent.

Cum autem apprime sciatis, Venerabiles Fratres, omnem spem Nostram in Deo esse collocandam, qui adjutor et refugium est nostrum in tribulationibus nostris, quique vulnerat et medetur, percutit et sanat, mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit; iccirco in omni fide, et humilitate cordis uostri assiduas ferventissimasque ad Ipsum, adhibito in primis efficacissimo Immaculatae Sanctissimaeque Deiparae Virginis Mariae patrocinio, ac suffragio Beatorum Petri et Pauli, preces effundere son intermittamus, ut faciens potentiam in brachio suo inimicorum suorum superbiam elidat, et expugnet impugnantes nos, omnesque Ecclesiae suae sanctae hostes humiliet et conterat; atque omnipotenti suae gratiae virtute efficiat, ut omnium praevaricantium corda resipiscant, deque optatissima illorum conversione sancta mater Ecclesia quam primum laetetur."

E Praesidio Eppali. Tarnoviae 12. Oct. 1860.

Z. 2441.

Veräußerung und Belastung des Vermögens katholischer Kirchen, Pfründen und geistlicher Institute.

Nachdem in dem Artikel XXX des, mit dem Allerh. Patente vom 5. Nov. 1855, Nr. 195 des Reichs=Gesetz=Blattes, kundgemachten Concordates verfügt wird, daß die *Kirchengüter weder verkauft*, noch mit einer *beträchtlichen Last beschwert* werden sollen, ohne daß sowohl der heilige Stuhl, als auch Seine Majestät der Kaiser, oder Jene, welche dieselben hiemit zu beauftragen finden, dazu ihre Einwilligung gegeben haben, und nachdem auch die nicht beträchtliche Belastung des Pfründen= und Gotteshaus=Vermögens nur unter *Beachtung* der dießfalls geltenden Vorschriften *zulässig* ist, daher Veräußerungen und Belastungen von Kirchengütern, wenn sie ohne Erfüllung der gesetzlichen Bedingungen ihrer Zulässigkeit geschehen, *ungiltig* sind, so können laut Verordnung des h. Justizministeriums... v. 13. Juli 1860 Z. 175 (Reichs=G. B. St. XLII S. 295) *Eintragungen* von Rechtsgeschäften dieser Art in die zur Erwerbung dinglicher Rechte auf unbe=

wegliche Sachen bestimmten öffentlichen Bücher nur dann stattfinden, wenn neben Beobachtung der übrigen gesetzlichen Erfordernisse die ausdrückliche Erklärung der politischen Landesstelle (in der Militärgränze das Landes-General-Commando) beigebracht wird, daß den besonderen, über die Veräußerung oder Belastung des Kirchengutes bestehenden Vorschriften Genüge geschehen ist.

Hiedurch bleibt jedoch das, den Gläubigern eines Pfründners durch die bestehenden Gesetze eingeräumte Recht zur Einbringung ihrer Forderungen aus den Früchten des unbeweglichen Pfründenvermögens im Wege der Realexecution, soweit solche nach Maßgabe der bestehenden Gesetze zulässig ist, unberührt.

Sowohl die Gerichtsbehörden, als auch die Hypothekenämter in Dalmatien werden angewiesen, jede Eintragung einer Veräußerung oder Belastung von Kirchengütern in die öffentlichen Bücher der politischen Landesstelle unverweilt anzuzeigen.

Dieß zur Wissenschaft und Richtschnur. Tarnow am 11. Okt. 1860.

Z. 2441.

Ueber den Vorgang bei Uebernahme von Stämpelmarken bei öffentlichen Behörden zum Behufe ämtlicher Ausfertigungen und im inneren Dienste.

Wenn von Parteien bei öffentlichen Behörden Stämpelmarken zur Erfüllung der Stämpelpflicht überreicht werden, hat kraft Verordnung sämmtlicher hh. Ministerien v. 16. Juli l. J. Z. 177 (R. G. B. St. XLII S. 296) der, zur Uebernahme der Stämpelmarken berufene Beamte sogleich bei Ueberreichung die Stämpelmarken bezüglich ihrer Unversehrtheit und des noch nicht stattgehabten Gebrauches zu prüfen, und wenn irgend ein, die ordnungsmäßige Verwendung der übergebenen Stämpalmarken ausschließender Mangel an denselben wahrgenommen wird, diesen Mangel in Gegenwart der Partei, und wenn dieselbe nicht zugegen ist, wie auch bei Einsendung durch die Post, auf eine, den Thatbestand vor Einwendung sichernde Art zu constatiren und die beanständeten Stämpelmarken sammt dem, den Thatbestand enthaltenden Acte der Finanz-Bezirksbehörde in demjenigen Wege zuzusenden, welcher für Befunde über Stämpelgefälls-Uebertretungen vorgeschrieben ist.

Nach der unbeanständeten Uebernahme hat der Uebernehmer die nachtheiligen Folgen der ihm zur Last fallenden Unterlassung allein zu tragen.

Es versteht sich übrigens, daß, wenn im inneren Dienste übernommene Stämpelmarken von einem Angestellten an den andern übergehen, diese Anordnung gleichmäßige Anwendung zu finden hat.

Dieß den geistlichen Aemtern zur Beobachtung. Tarnow am 11. Okt. 1860.

N. prez. 108.

Uwagi nad Brewiarzem. Wstęp o Brewiarzu w ogólności.

Wielebne Duchowieństwo już zeszłego roku w Kurendzie V. z dnia 11 kwietnia i XIII. 13 października 1859 czytało *dowody* z różnych źródeł, z których wypływa zobo-

wiązanie do odmawiania pacierzy kapłańskich i to pod cenzurami i karami kościelnemi (dla beneficyjatów przeznaczeniem części dochodów na rzecz miejscowego kościoła i miejscowych ubogich). Aby z innéj również strony większe u niektórych w tych pacierzach wzniecić zamiłowanie, umyśliliśmy podać jeszcze w kilku ustępach Uwagi nad Brewiarzem, które pewien kapłan Diecezyi z podobnych prac Nam tu znany, według Tomu II. Pastoralnéj JX. Ambergera skréślił. Uwagi te zawierają już to wielorakie korzyści z odmawiania według ducha Bożego tych pacierzy; już to głębokie tak głównych jako i pojedynczych części znaczenie; już to ścisły pomiędzy sobą związek,... rozwój historyczny i t. p. Takowe są następujące:

„Z odmawiania Brewiarza wiele dla własnego zbudowania a nawet do nauk homiletycznych czerpać możemy; znajdujemy w nim węzeł silny, łączący nas z Bogiem, między którym a ludem naszéj pieczy powierzonym pośrednikami być mamy.“ „Pobożność do wszystkiego jest pożyteczna“ a „gdy niekiedy nauka nadyma, pobożność buduje.“ Znajdujemy w nim pocieszenie w utrapieniach, ćwiczenie się w cnotach rozmyślaniem wspaniałych wzorów, które nam przedstawia; brewiarz jest dla nas wojowników Chrystusowych, czém broń dla żołnierzy, przeto powinien być naszym nieodstępnym towarzyszem, drogoskazem do nieba, bo jest dla nas gdyby ową drabiną Jakóba, po któréj aniołowie proszący wstępują, a aniołowie wysłuchani powracają. Gdy w chwilach, wolnych od zatrudnień około usługi dusz parafii Swéj, modlitwą jako rozmową z Bogiem się zatrudnimy, tém samém ujdziemy pokusom światowym, ujdziemy zbytniego pobratymstwa z ziemią, która miód swój z żółcią miesza a po słodyczy, któréj smak szybko ulatuje, długo-trwałą gorycz zostawia. Doświadczenie nas nauczyło, że owi kapłani, którzy najpilniejsi byli w odmawianiu brewiarza, doczesnego nawet błogosławieństwa doznali, przy czérstwém zdrowiu sędziwego wieku doczekali się, bo zachowywali ducha swego w spokojności; gdy im mało zostało czasu do wejścia w stósunki nie ściśle duchowne z światem, zawarowali się tém samém od następujących nieprzyjemności, które życie trawią, w smutek pogrążają i śmierć przyspieszają. Kapłan, którego usta ogłaszać mają chwałę Najwyższego, zamiłowanym być powinien w Brewiarzu jako arcydziele pobożności katolickiéj, gdyż w nim znajduje jędro pisma świętego starego i nowego zakonu, życiopisy świętych i wyciągi z najcelniejszych prac literackich Ojców kościoła. Odmawianie brewiarza, ustawami kościelnemi wszystkim wyższych stopni duchownym od Subdiakonatu począwszy przepisane i do pewnych niegdyś godzin przywiązane, zwanych *kanonicznemi*, powszechnie officium divinum t. j. obowiązkiem, służbą Bożą nazwane. Tą służbą Bożą wywiązujemy się Bogu z obowiązku składania mu naszych uwielbień, błagania o przebaczenie za grzéchy, dziękowania za odebrane dobrodziejstwa i żebrania o potrzebne łaski. To nabożeństwo duchownych sięga najdawniejszych czasów, a dziedziczka dawnych podań, kościół św. pragnął uwiecznić owe śpiewy święte, któremi brzmiała Jerozolimska świątynia, niegdyś jedyny prawego Boga przybytek, brzmiały podnoża Synaju, wybrzeża morza czerwonego i pustynie egypskie, — gdy uporządkował brewiarz jako zbiór modłów,

uwielbień i rozmyślań pobożnych. Jak król Dawid dzienne swoje nabożeństwo na 7 części podzielił (Ps. 118. w 164 *Septies in die laudem dixi Tibi!*) tak podzielone są pacierze kapłańskie na 7 części czyli godzin: *Jutrznia*, *Prima*, *Tertia*, *Sexta*, *Nona*, *Nieszpory* i *Kompleta*. *Laudes* uważane niekiedy za 8mą godzinę, stanowią raczéj część jutrzni. Na szanownéj przeto powadze podania, od 3000 lat istniejącego opiéra się przyjęty w kościele podział modłów na 7. godzin. Liczba siedm jest téż wyszczególniona od Boga, jest to liczbą świętych Sakramentów, liczbą Darów Ducha św. liczbą cnót głównych, przeciwnych siedmiom grzéchom również głównym; liczbą próśb modlitwy Pańskiéj; liczbą dni stworzenia wraz z wypoczynkiem Bożém.*) W pacierzach kapłańskich widzimy wyciąg pisma Bożego, wyciąg tego co dzieje świętych najtkliwszego i najwznioślejszego przedstawiają zbiór modlitw, które wyszły z pałających serc najwznioślniejszych geniuszów i najszczytniejszych wzorów, jacy byli na świecie; zbiór pieśni religijnych, wzbijających się ku niebu hymnów, nieśmiertelnych poezyi króla proroka, jako i mężów innych duchem bożym natchnionych, w których tak serce, jak rozum i wyobraźnia znajdują morze niezrównanych piękności, wzniosłych myśli i niebieskich uczuć. Oblubienica Chrystusa, kościół katolicki, przykazuje wszystkim kapłanom odmawiać w porządku od siebie ułożonym te modlitwy, a gdy zważymy tysiące kapłanów, zajętych tą wzniosłą czynnością i że Wschód się modli gdy Zachód spoczywa, tak iż głos modlitwy nigdy nie ustaje, czyż nie przypomina się nam ów hymn wieczny błogosławionych duchów: *Święty*, *Święty*, *Święty*, *Pan Bóg zastępów?*"

Dalszy ciąg nastąpi.

N. 3046.

Suffragia aut 1 Missa.

A. R. Franc. Würfel, Paroch. Zawojen. Sodalis Societatis Presbyterorum precum pro felici morte, 10 Oct. a. c. repente e vivis ereptus est... pro cujus anima Consodales 1 Missae Sacrificium litabunt, non-Consodales Memento ad Missas praestabunt.

*) I nasze Godzinki rozłożone są na te same części. A pieśń „Patris Sapientia" temi 7miu częściami rozpamiętywa 7 główniejszych zdarzeń Męki Pańskiej; w Jutrzni, czyli w czasie pierwszym po zachodzie słońca, z którym żydzi dzień zaczynali, *pojmanie* Chrystusa; w Prymie, czyli w szóstej zrana, *stawienie* Jezusa przed Piłatem; w Tercyi, naszej dziewiątej, *skazanie* Go na śmierć; w Sexcie, czyli 12tej naszej, *ukrzyżowanie;* w Nonie, czyli trzeciej naszej, *skonanie;* w Nieszporze, czyli w czasie przed zachodem słońca, *zdjęcie z krzyża;* w Komplecie, na schyłku dnia, *złożenie w grób.* I my łączmy z temi częściami pamiątkę o tych smutnych zdarzeniach i pobudzajmy się do cierpliwości, wdzięczności, gorliwości w tych pacierzach...

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 18. Oct. 1860.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.